

3.

Ein Brief des Francisco de Enzinas an Juan Diaz (1545).

Mitgeteilt

von

Heinrich Nebelsieck,
Pfarrer in Netze (Waldeck).

Den nachstehenden noch nicht gedruckten Brief habe ich als Kopie in einem Manuskripte des Fürstlichen Regierungsarchives in Arolsen gefunden. Dieses bis jetzt noch nicht veröffentlichte Manuskript enthält sehr ausführliche Berichte des Grafen Wolrad II. von Waldeck über das Regensburger Colloquium vom Jahre 1546. Graf Wolrad, ein begeisterter Anhänger der Reformation, ein Mann von einer nicht gewöhnlichen wissenschaftlichen Bildung, hat im Auftrage des Landgrafen Philipp von Hessen an dem genannten Colloquium als Auditor teilgenommen. Während seines Aufenthaltes in Regensburg sind, wie er selbst in einem Briefe an Brenz erzählt (abgedruckt in Tross, Des Grafen Wolrad von Waldeck Tagebuch während des Reichstages zu Augsburg 1548), die Aufzeichnungen über den Verlauf des Gespräches entstanden. Die Abschrift des Briefes befindet sich samt denen einiger anderer an Brenz, Butzer und Pistorius¹ vor den eigentlichen Berichten. Mit den Adressaten, welche als Deputierte der Protestanten an dem Religionsgespräche teilnahmen, hat Graf Wolrad in Regensburg eifrig verkehrt. Bei ihnen wird er die Schreiben gelesen haben. Sein Interesse an den Absendern, sowie der teilweise interessante Inhalt haben ihn wohl veranlaßt, von den Briefen Abschriften zu nehmen.

1) Nämlich: 1) Bernardino Occhino an Bucer, Augsburg, 8. Jan. 1546, aus unserer Vorlage gedruckt von Lenz, Briefwechsel des Landgrafen Philipp mit Bucer II (Leipzig 1887), S. 397; 2) Melanthon an Joh. Pistorius, Wittenberg, 13. Jan. 1546, gedruckt ebenda V, 401f.; 3) Veit Dietrich an Joh. Brenz, Nürnberg, 10. Jan. 1546 (folgt unten in den „Miscellen“ dieses Heftes).

Francisco de Enzinas an Juan Diaz.Wittenberg, 21. Dezember 1545 ¹.

Carissimo fratri D. Johanni Decio Hispano salutem.

S.D. Non tam diu expectasses tu quidem litteras meas, carissime frater, si quispiam interea nostrorum esset ad vos profectus vel aliam ego aliquam mittendarum litterarum rationem potuissem invenire. Etenim periucundum esse statuo, immo etiam pernecessarium, in hoc tempore et in tanta generis humani miseria cum amico, quem tamquam fratrem ames et a quo te amari sentias, per litteras de religionis sententia deque statu ecclesiae Christi conferre et istis quasi animorum notis animi aestus in eius sinum effundere, cuius non possis frui colloquio. Illud autem magis mirum videri queat te in tranquillo studiorum otio versantem nihil ad nos litterarum multo iam tempore misisse, cum non defuerint, qui isthinc ad nostros scripserint. Tuam vero fidem et diligentiam sic me habere exploratam arbitror, ut nullam de tua integritate sinistram suspicionem admittam. Eoque maiore sollicitudine conficior me [?] casus aliquis inopinatus pulcherrimum studiorum tuorum decursum interturbare [?]. Qua re, si me amas, ista mea pene perpetua sollicitudine liberato. Nos quidem recte valemus, si quisquis tamen est, qui in tantis aerumnis ecclesiae cura privatae salutis afficiatur. Ego vero, cum ista republicae vulnera contemplor et tam saevas generis humani pestes in ecclesia Christi grassantes animadverto, graviter ingemisco, frater, et perpetuis precibus aliquam praesentium et futurorum malorum mitigationem a deo patre liberatoris nostri Jesu Christi ex animo postulo. Dicerem etiam: graviter doleo, nisi tantis vulneribus sauciatus animus ad omnem sensum doloris iamdudum obduruisset. Video summos orbis terrae monarchas sic affectos, ut omnem purae religionis doctrinam alte derideant et quasi coniuratis odiis doctrinam de filio Dei persequantur et gigantea qua-

1) Francisco de Enzinas (Dryander), geboren zu Burgos, gestorben in Straßburg 1552, der Verfasser dieses Briefes, hat sich nach seiner wunderbaren Befreiung aus dem Gefängnisse zu Brüssel (er war bekanntlich wegen seiner spanischen Übersetzung des Neuen Testaments eingekerkert worden) vorübergehend in Wittenberg aufgehalten. Dort ist der Brief geschrieben. Johannes Decius, oder Juan Diaz, geboren zu Cuenca in Spanien, war von Paris über Genf nach Straßburg gekommen. Von dort ist er mit Butzer nach Regensburg gereist, um im Auftrage der Stadt Straßburg an dem Colloquium teilzunehmen (Januar 1546). Vielleicht hat er erst in Regensburg das Schreiben seines Freundes Enzinas erhalten. Bekanntlich wurde Diaz Ende März 1546 von seinem eigenen Bruder in Neuburg ermordet. Er starb als Märtyrer seines evangelischen Glaubens.

dam arrogantia bellum coelo inferre conentur. Septus atque stipatus est imperator noster monachis Hispanis, quos non homines, sed furias Sathanae dicas, reipublicae christianae populatrices atque in perniciem animarum et omnis sanae doctrinae ab ipsis inferis revocatas. Horum ad arbitrium inflectuntur non solum religionis sententiae, sed imperiorum etiam negotia. At qualem tandem fructum proferant istarum furiarum inconsulta consilia, vix ego sane sine ingenti animi horrore cogitare possum. Domi interficiunt optimos quosque christianae religionis professores et rempublicam bonis hominibus vacuum, facinorosis oppletam relinquunt. Foris veniunt supplices ad illud portentum mundi Turcam, christiani nominis hostem manifestum, qui pro veris oraculis Dei somnia furiosi nebulonis amplectenda adorandaque statuit. Ita cum inimico Christi pacem volunt constituere, ut inter se bellum gerant et veros Christi cultores oppriment. Ab altero latere mittitur impius Brunsvicensis¹ ad populandas eas ecclesias, in qua [lies: quibus] pure sonat vox coelestis doctrinae; quod certe fecisset homo sceleratus, nisi divinitus huius Lyaonis furiosum impetum aeternus pater repressisset. Rursus sollicitatur Poloniae rex, ut bellum inferat Deo. Haec omnia et confessoris nostri² et reliquorum Hispanorum monachorum consilio geri, tam certe credo quam me vivere. Quid dicam de rege Galliae? Simili etiam ille furore grassatur in vera Christi membra. Quando enim eiusmodi crudelitatis exemplum auditum est, quale in Gallia superiore anno est visum, ut integrae civitates, quia veram servatoris nostri doctrinam receperant, una cum viris et feminis, pueris et senibus incendio et flammis deleantur?³ Anglus in multis actionibus simpliciter a Sathana agitur, ut certissimum organum Sathanae non obscure recognoscas.

Turcicus tyrannus minatur earum ecclesiarum vastationem,

1) Herzog Heinrich der Jüngere von Braunschweig-Wolfenbüttel, bekannt als Gegner der Reformation. Er war durch Philipp von Hessen und den Kurfürsten von Sachsen, als er die über die Stadt Goslar ausgesprochene Reichsacht vollstrecken wollte, aus seinem Lande vertrieben worden (1542). Im September 1545 versuchte er sein Gebiet wieder einzunehmen, wurde jedoch von Philipp geschlagen und gefangen genommen. An diese Begebenheit denkt jedenfalls Enzinas (vgl. Ranke, Deutsche Geschichte im Zeitalter der Reformation IV, 199 ff. 264 ff.).

2) Gemeint ist der Dominikaner Soto, Beichtvater des Kaisers.

3) Enzinas denkt an die grausame Verfolgung der Waldenser (1545). Vielleicht beziehen sich seine Bemerkungen besonders auf die Zerstörung der Ortschaften Merindol und Cabrières. Infolge eines Urteilspruches des Parlaments in Rouen wurde über die Waldenser der genannten Ortschaften ein entsetzliches Blutbad verhängt (Ranke, Deutsche Gesch. IV, 278).

quae Christi nomen profitentur, nec interea quisquam est, qui vel arma capiat, vel idonea tantis malis remedia curet adhibere. Magna haec pericula profecto sunt, quae merito omnes homines, qui aliquo humanitatis affectu tenentur, permovere deberent, ut nutanti reipublicae, clamanti ecclesiae ac tantum non audita voce praesidium aliquod a suis alumnis postulanti quisque pro suis viribus ac vocatione opem ferat.

At vero, nisi me fallit animus, crudeliora sunt, ni Deus avertat, quae nobis videntur impendere. Non desunt fortassis homines docti et boni, qui certam ecclesiarum in sententia religionis conciliationem et nescio quos praeterea montes aureos sibi promittant. Et certe potest Deus uno quasi momento praeter hominum spem aut consilia omnem scenam rerum invertere. Ceterum cum voluntates summorum principum, gubernationem totius orbis nec plane coniunctos eorum animos, qui idem sentire velle videntur, et magnam ubique ecclesiarum dissipationem serio mecum expendo, si quid humano more licet in tantis rebus iudicare, plane statuo in summa desperatione esse hodie publicum statum et extremam ruinam propediem esse expectandam. Imperator confirmavit animum in odium ac vastationem coelestis doctrinae, quae sonat in ecclesiis Germaniae, et tamen, ut minore invidia hanc suam sententiam tueatur, indicit colloquium Ratisbonae, in quo quantum promovebitur, declarabit exitus. Delectus est illius nomine Alphonsus Viruesius, episcopus Canariensis, qui olim in Hispania ab inquisitoribus captus postea scripsit philippicas; nunc ad impugnandam eam sententiam venit armatus, quam ipse olim professus est impius Thraso¹. Est praeterea nominatus Gropperus et cum eo saginatus porcus de grege Coloniensium; quartus Julius Pflug².

1) Alphonsus Viruesius, ein Benediktiner, von der spanischen Inquisition als Ketzler angeklagt, aber freigesprochen, wurde auf Betreiben Karl's V. zum Bischof der kanarischen Inseln ernannt. Seine „Philippicae“ erschienen 1541 unter dem Titel: „Alphonsi Viruesii Theologi, Canariensis episcopi, philippicae disputationes viginti adversus Lutherana dogmata per Philippum Melancthonem defensa.“ Er tritt in diesem Werke als entschiedener Gegner der Inquisition auf (vgl. Castro, Hist. de los Protestantes Espanoles, übersetzt von Hertz, S. 31 f.).

2) Alphonsus Viruesius und Gropper haben sich nicht an dem Colloquium beteiligt. Von katholischer Seite fanden sich in Regensburg als Kolloquenten ein: Bischof Moritz von Eichstedt (1. Präsident), Graf Friedrich von Fürstenberg (2. Präsident), der Spanier Pedro Malvenda, der Karmeliter Billick aus Köln („saginatus porcus de grege Coloniensium“), Cochläus und Johann Hofmeister, letzterer Augustiner aus Ingolstadt. Julius Pflug wurde erst später abgesandt. Ein kaiserlicher Erlafs vom 3. Februar 1546 ernannte ihn zum dritten Präsidenten.

Germaniae principes nominarunt Philippum Melanchthonem, Bucerum, Brentium et Snapium, quorum duo iam nunc dicuntur esse Ratisbonae¹. Puto dominum Bucerum adhuc esse Argentinæ. Philippus exspectat quotidie principis mandatum. Spiritus Dei gubernet illorum mentes et linguas, ut ea sentiant, profiteantur et, si fieri potest, constituent, quae profutura sunt ecclesiae Christi, quam profecto in tanta rerum humanarum perturbatione miserabiliter afflictam videmus. Quod si quis illius clades non videt, caecus est, crudelis, si non afficitur. Una haec consolatio me sustentat, quod aeternum patrem placatum ac pro nobis certantem habeamus, qui in summa rerum omnium desperatione, in ipsis etiam mortis periculis contra omnem tyrannorum potentiam et nos victores faciet et suam ecclesiam, sicut promisit, usque ad extremum conservabit. Quare ne frangamur animis, frater, neque periculorum conspectu ab instituto cursu deterreamur. Laudo equidem constantiam et gravitatem tuam, mi frater, seu potius Deum in te, qui istum tibi animum dedit, quia non solum doctrinam de filio Dei et candide amplexus es et luculenter didicisti, sed etiam in alios quoque studes propagare. Nec satis tibi fore putasti voluntatem Dei ex libris sacris didicisse, nisi eam quoque animi tui sententiam in clara ecclesiae Christi luce et quidem litteris editis declarares. Legi perlibenter litteras tuas, quas ad imperatorem scripsisti, ex quibus facile agnosco et tuum candorem et singularem animi magnitudinem Christiano homine dignam².

Petis a me, ut hispanicum et latinum scriptum perlegam et postea simul addita censura nostra ad te remittam. Utrumque feci usus et solito meo candore et fraterna libertate nostra, quam eandem tibi in me ipso atque in omnibus rebus meis tanquam vero fratri lubens permitto. Etsi enim facile sentiam et imbecillitatem meam et nullam in litteris exercitationem, quam tibi imprimis tribuo, meque abs te doceri oportere agnosco, tamen, ne qua in re meum officium queas desiderare, mutavi pauca quaedam in latino scripto, quae ad perspicuitatem dictionis pertinere videbantur. Quod vero ad editionem attinet, vere sentis et tuo et meo nomine multis et maximis de causis christianae fidei confessionem claram ac perspicuam exstare oportere. Sed eandem

1) Melanchthon hat nicht teilgenommen. Es war allerdings beschlossen, ihn nach Regensburg zu senden, allein auf Luther's Veranlassung (Brief an den Kurfürsten vom 9. Januar 1546) blieb er in Wittenberg; ihn vertrat Georg Maior (neben Bucer, Brenz und Schnepf).

2) Über einen Brief des Juan Diaz an den Kaiser ist sonst nichts bekannt.

iudico hoc tempore differendam esse. Etenim prudens et fidelis dispensator mysteriorum Dei, qui doctrinam Christi cupit in populo propagare, non solum quid omnino natura sua bonum sit, sed quo etiam tempore, qua opportunitate, qua ratione propositum sit convenientiaque diligentissime debet considerare, ut plures lucrificat Christo. Qui te Lutetiae aut in aliis regionibus noverunt, et litteris privatis tuis et quia te in clara ecclesiae Dei luce versari sciunt, sententiam animi tui habent exploratissimam; quorum aliqui moderatiores ad imitationem huius tuae virtutis invitabuntur. Nostrorum autem prae fracta ingenia sananda, si fieri poterit, sunt, non magis irritanda. Habent enim, ut scis, igneum quiddam ac vehemens, quod si in cognitionem rerum bonarum aliqua prudentia et moderatione converti poterit, tecum cogita, quam facile totam Hispaniam etiam repugnante imperatore immutabis. Sin aliquid temere aut inconsulte fit, non solum in odium tui, quod non modo non adversandum, verum optandum etiam, omnes homines provocabis, sed in contumeliam vituperationemque coelestis doctrinae omnium, praesertim infirmorum, animos stimulas. Quid enim aliud consequetur, si ita perturbatis rebus aliquid editum erit, nisi ut extremo fulmine te absentem feriant, quod facere consueverunt? Atque ita citius extinctam quam natam eam utilitatem videbis, quam illis volebas praestare.

Haec ego vaticinia multo antea praevidere potui, de quibus admonui fratrem antequam, ne factum illum libellum¹ prelo committeret, nec in eo tantum fuit consilii aut prudentiae, ut vel futura mala praevideret ipse vel admonitus vitaret. Quantum vero malorum illa inconsulta temeritas et mihi et toti reipublicae pepererit, nemo praeter me novit, qui et infinita mala solus pertuli et manifeste conspicio, quantum ex ea re ecclesia acceperit damni. Multa in hanc sententiam dicere possem, quae tu pro tua prudentia melius cogitabis.

De studiis meis quid dicam nescio. Procederem illa quidem opinione fortasse hominum felicius, nisi ingentes curae atque intensae quaedam de rebus maximis cogitationes coeptum alioqui

1) Gemeint ist sehr wahrscheinlich: „Tractado de la libertad Christiana“, eine spanische Übersetzung der Schrift Luther's: „Von der Freiheit eines Christenmenschen“ (vgl. Böhmmer, Spanish Reformers I, 165f.). Franzisko de Enzinas wurde für den Verfasser dieser Übersetzung gehalten. In dem durch die Übersetzung des Neuen Testaments veranlafsten Prozesse wurde er geradezu als Verfasser jenes „libelli perniciosi“ angeklagt. Er gab aber die ganz bestimmte Erklärung ab, daß er an der Herausgabe dieses Werkes nicht beteiligt sei. Aus obiger Stelle des Briefes scheint hervorzugehen, daß der Bruder des Enzinas, Jaime de E. als der Autor des „Tractado“ anzusehen ist.

feliciter cursum aliquo modo retardarent. Sustineo incredibilem maximorum hominum invidiam, qui non alia ratione me odio prosequuntur, nisi quia studiis sacrarum litterarum sum deditus. Parentes ipsi, quod mireris, tantum adversum me odium conceperunt, quoniam esse me in Germania sciunt, ut non solum postquam Deus me liberavit aut litterarum ullam significationem aut ullum ad tuendam vitam praesidium mittere voluerunt, sed venenum potius quam studiorum subsidium multo velle suppeditare libentius aliorum litteris mihi significari curaverunt. Scio esse pergloriosum male inter homines audire, ut aeternam Dei veritatem integram atque illibatam queas conservare. At quis, obsecro, aliqua humanitate praeditus conspectis tam multis periculis, tantorum hominum odiis non vehementer inaudita ista crudelitate permoveatur? Qui stoicorum ἀπάθειαν laudant aut aliquo modo probare possunt, ostendunt se neque admirandum opus Dei conditum in hominum natura novisse neque veros unquam conscientiae pavores seu mentis interiora certamina persensisse. Ego vero cum stoicorum disciplinae, quae mihi potissimum ex otiosorum hominum imaginationibus exstructa videtur, favere nunquam potui, tum vero in hoc tempore totam illam indolentiam, quae cum manifestis operibus Dei atque expressis testimoniis divinis pugnat, maxime vituperandam censeo. Permoveor igitur interdum tanta gravitate malorum peracerbe, ut si extremum fatum obire contingeret, in lucro mihi esse ponendum putarem. Ac videor mihi non immerito celebratam illam fortissimae atque optimae puellae vocem usurpare posse: ὅστις γὰρ ἐν πολλοῖσιν, ὡς ἐγὼ, κακοῖς ζῆ, πῶς ὀδ' οὐχὶ καθ' αὐτὸν κέρδος φέρει¹; Sed fato quodam rerum bonarum esse in hoc mundo comparatum video, ut quo quis virtutem ac pietatem consecratur studiosius, eo in offensionem hominum incurrat odiosius. Estque verissima poetae sententia: εὐδαίμονες, οἷσι κακῶν ἀγευστος αἰὼν. οἷς γὰρ ἐν σεισθῆ, θεόθεν δόμος, ἄτας οὐδὲν ἐλλείπει, γενεᾶς ἐπὶ πληθὺς ἔρπον. ὁμοῖον ἔστε ποντίαις οἶσμα δυσπνόοις ὅταν θρήσσησιν ἔρεβος ὑφαλον ἐπιδράμη πνοαῖς, κλίνδει βυσσόθεν κελαινὰ θῖνα, καὶ δυσανέμῳ στόνῳ βρέμονσιν ἀντιπλήγες ἀπταί².

Huc accedit fratris absentia³, cui nescio quo modo timeo pericula fortasse veris graviora. Scripsi ad eum accuratas litteras, quibus ab illa impia vivendi ratione in istam evangelii

1) Sophokl. Antigone 463 und 464.

2) Sophokl. Antigone 582—592.

3) Der Bruder, Jaime de Enzinas, hielt sich damals in Rom auf. Dort hat er im Jahre 1546, von der Inquisition verurteilt, den Märtyrertod erlitten.

lucem conabar revocare, ad quas ille humana quadam sapientia infatuatus Babyloniam illam nondum tuto relinquere posse respondit. Quo equidem responso supra quam credi facile queat sum perturbatus. Et tamen extrema omnia me tentaturum esse certum est, donec eum illinc propellam atque ad nostrum sodalicium adducam. Philippus etiam Melanchthon ad eum litteras scripsit, quibus suam quoque sententiam amicissime significavit. Orarem te, ut eum tuis etiam litteris urgeres, nisi scirem rem tibi esse vehementer cordi teque hoc ipsum et tua sponte fecisse antea et facturum posthac diligentius. Id autem unice oro, ut apud dominum Bucerum cures, ut ipse suis litteris eum ad Babyloniam illam relinquendam atque in veram Christi ecclesiam commigrandum valde serio adhortaretur. Quod si illius praeclaram indolem cum magna etiam pietate coniunctam ei significaveris, facturus est ille quidem, qua est humanitate, perlibenter. Ego de hac re ad eum scribo, quod si videbitur communicabis meque de eo, quod facere voluerit, certiolem facies.

Salutabis meis verbis omnes fratres, nominatim dominum a Burgundia¹. Ad concionatorem² mitto litteras, quem intelleximus domini Buceri litteris vocatum esse in aulam Palatini, ad quem fideliter perferri curabis. Ad communem amicum nostrum Claudium³ scriberem, si per tempus liceret. Scribam diligenter prima oportunitate. Interea officiose illum meo nomine salutabis, cuius litteras eruditas per hunc expectabo. Salutant eum omnes domestici nostri. Bene vale, carissime frater.

Vuittenbergae 21. Decembris anno 1545.

Tuus frater Franciscus Enzinas.

1) Der „dominus a Burgundia“ ist jedenfalls Jakob von Burgund, Herr von Falais und Breda, Urenkel des Herzogs Philipp d. Schönen von Burgund. Er war ein eifriger Anhänger der Reformation (Böhmer, Spanish Reformers I, S. 142, Anm. 20). Enzinas lernte ihn während seines Aufenthaltes im Gefängnisse zu Brüssel kennen (Campan, Les mémoires de Francisco de Enzinas II).

2) Gemeint ist wahrscheinlich Petrus Alexander, früher Hofprediger der Statthalterin der Niederlande, der Königin Marie von Ungarn. Von der Inquisition verfolgt, war er glücklich nach Deutschland entkommen. Er wurde 1546 Professor in Heidelberg, 1548 Kanonikus zu Canterbury, 1555 Prediger zu Straßburg und 1560 Prediger der französischen Gemeinde zu London (vgl. Campan, Les mémoires de Francisco de Enzinas II, S. 390 ff.).

3) Claude de Senarclée, ein waadtländischer Edelmann, intimer Freund des Enzinas und des Diaz. Er hat den letzteren von Straßburg nach Regensburg begleitet und reiste ihm später nach Neuburg nach. Er hat die Ermordung des Freundes in der „Historia vera de morte Johannis Diazii“ beschrieben.